vxoris, & filiorum utilitatem. Nam (vt bene ait Marieno lib. 5. Recop. tit. 3. l. 9. glof. 4. n. 2.) verum dicitur in vxoris, & filiorum utilitatem, quod in ipsis alendis à viro inope ad id non obligato, consumptum est. Secundo. Quoniam vbi aliquis occasione pecunie, aut rei cuiuscumque, alienæ cõsumpta, fit ditior, tenetur, quãuis pecuniam illã, aut rem apud se nõ habeat, vt cõstat ex l. 2. ff. ad l. Rhodiam, de iactu, in principio, vbi habet, si laborate naue mercium iusticiarius sit, detrimentum futurum cõmune etiam eorum, qui propter amissas aliorum res, cõsequuti sunt, vt suas merces saluas habeant: sed occasione mutui accepti à viro paupere, vxor & filij eo alimentati, sunt effecti ditiores, se enim aut proprijs bonis, aut mutuo accepto alerent, nisi pater, aut vir accepisset, pro ut nõ tenebatur, ergo viro aut patre non existente soluendo, tenetur soluere. Et confirmatur, Quia licet pater non teneatur ex mutuo filiofamilias factio: vt constat ex toto tit. ff. ad Senat. cons. Macedon. at si conuersum sit in rom. patris, videlicet, ad quã pater subministrãda alitudo erat, tenebitur vt cõstat ex l. sed Iulianus. 9. §. proinde. ff. eod. tit. Ergo quãuis vxor, & filij nõ teneantur ex mutuo per patrem, aut virum accepto ad ipsos alendos, tenebuntur tñ quando in eorum rem verum est, quia, scilicet, eo alimenta ad quã vir nõ tenebatur, emptã sunt. Tertio, ex l. 61. Tauri, hodie. l. 9. tit. 3. lib. 5. Recop. ex qua cõstat vxorem nõ teneri ex debito contracto à marito, nisi probetur verum esse in ipsius vxoris utilitate, in rebus, ad quas vir nõ tenebatur: at dñ est inops non tenetur ad alimentat ergo vxor obligatur nummos mutuo acceptos pro alimentis soluere. Tandem, quãdo vxor, aut filij sunt diuites, pater verò, aut maritus, pauper, probatur teneri. Debita cõtracta ab ipsa vxore, vel filijs, tenentur ex suis bonis soluere, at dñ pater, aut vir est inops, tenetur vxor, & filij diuites ipsam alere, & suam familiã: ergo æs alienum ad hoc contractum, est verè debitum ipsius vxoris, & filiorum, ac subinde alitudo illud soluere. Ideo hanc sententiã loquentes de filijs, tuentur Bartol. dubitans, & cogitandũ relinquit. l. his solis, sine. ff. de cõdi. & indebiti. Ang. ibi. n. 1. Iaso. n. 2. idem Iason. l. i. me, & Titu. n. 3. ff. si cert. petat. & l. i. cõ seruam. n. 1. ff. eod. tit. vbi purpuratus. n. 5. Cepola cautela 246. incipienti, quid si pater. Francic. Cremenis singulari 36. incipienti, Tu mutuaisti pecuniam. Ludouicus Roma. singulari 210. incipienti, Pater erat pauper. Et loquentes in filio, & vxore docet idem Ioan. Lup. dubitans, & relinquit cogitandũ rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 66. nu. 5. &

6. Scid omnino definitio idem Ioã. Lupus. l. 61. Tauri. n. 1. vbi Casillo. n. 23. & 24. Lara. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. n. 115. ff. de liberis agnos. Gama. l. p. decisio 366. nu. 7. Baeza de inope debit. c. 1. n. 53. & 54. Azebe de lib. 5. Recop. tit. 3. l. 9. n. 32. & 30. 31. Mariã 20. eodem lib. 5. tit. 9. l. 3. glof. 7. n. 5. Barbofa l. si constante 23. in princip. n. 52. ff. soluto matrim. Surdus de aliment. tit. 8. priuilegio 48. n. 5. & 6. citanturq; cõmuniter pro hac sententiã, Bald. l. fin. c. ad Macedonianũ, vbi nil dicit: & Platea. l. vxorem, sine. C. de decurion. lib. 10. vbi mota hac questione nil definit, sed tantum at Bart. d. l. his solis, in simili arguere. Ad dñ Barbofa. n. 53. viro dante maiora alimenta, quãm teneretur, obligari mulierem in subsidiũ. Et retenta hac sententiã, idẽ dicendũ est, nempe teneri filios illud mutuum soluere, quãuis hereditatem paternã renficient. Vt bene aduertit Francic. Cremenis, & Baeza. n. 53. proximẽ citati. Quia obligatio hæc nõ conseruitur ex hereditariã additione, vt ita filij tãquam heredes teneantur patris debita soluere, sed eò qd mutuum illud à patre acceptũ, est verum in illorũ utilitatem, & illius occasione locupletiores facti sunt, nec bona patris ad id perfoluendũ fuerunt. Præterea, hæc sententiã tunc solũ locũ habet, quãdo pater, vel maritus tempore vtis alieni contracti, erat iã inops, secus si diues, licet enim postea facultatibus laberetur, minimẽ teneantur vxor, & filij. Quia tunc vir, aut pater tenebatur ad ea alimenta, quare vxor, & filij sibi debitũ receperunt, ac proinde non censentur effecti locupletiores, nec mutuo illud dicetur cõuersum in eorum utilitatem. Ita docent Ang. Barbofa, Surdus proximẽ citati: atq; manifestè sentiunt omnes authores huius sententiã, siquidẽ omnes loquuntur de patre, aut marito inope. Insuper hæc sententiã procedit, licet vxor, aut filij essent etiã inopes tempore mutui accepti, tenebuntur enim dñ bona habuerint, id debitũ soluere. Quoniam adhuc id mutuum in eorum celsis commodũ, & ditiores facti sunt: eum pater, aut maritus inops ad ea alimenta nõ teneretur: & ipsi aliunde ne fame perirent, quastruri essent. Ita docent in filijs loquentes, Cepola, & Ludouic. Roma proximẽ pro hac sententiã relati: & apertè colligitur ex Baeza de inope debitore. c. 1. n. 54. reddens enim rationem, cur filij hoc mutuum soluere teneantur, ait, Quia nisi pater accepisset, mutuo erant accepturi, ne fame perirent. Vbi manifestè loquitur quãuis filij tunc essent pauperes. Latum tamen discrimen inuenio etiam stando in hac sententiã, quãdo maritus tunc erat diues, ipsiq; non decerant facultates

necessariã ad alendã familiã, vel quando similiter erat pauper: & similiter dñ filijs. Nã si mater erat pauper, minimẽ tenebitur ad æs alienũ contractũ pro alendo marito, & familiã, cum ad ea alimenta nõ teneatur, nec ea omnia cesserint in suã utilitatem, sed tantum tenebitur pro rãta sibi correspondenti, & filij pro sua parte: si verò diues esset, teneatur integrè soluere. Quia tenebatur virum, filios, & familiã alere: & ita sentit Ioã. Lupus. l. 61. Tau. n. 11. loquens de matre diuite. Pari ratione filij si sint pauperes, & etiam parentes, obligabuntur ad eã solam partem, quẽ cũ ipsis consumpta est. Quia nõ tenebantur parentes alere: si verò diuites essent, & partes pauperes, teneantur ad alimẽta integra. Quia tenebatur parentes suos alere. l. si quis à liberis. §. si vel parents. & §. item rescriptũ. ff. de liberis agnos.

29 Ceterum quãuis hæc sententiã sit satis probabilis, cõtraria magis mihi placet, nepe, nec vxorem, nec filios teneri illa debita per maritum, aut patrem contracta, soluere ex suis bonis. Ad quã probandam præmitto, in viro paupere nõ esse omnino extinctã obligationem alendi vxorem, & filios, sed tantum suspensã pro inopia illã exculantis tẽporè: licet quicquid debitor ratione inopie nõ deobligatur profus ab ære alieno soluendo, sed tantum suspenditur illa obligatio, excusaturq; à solutione: dñ impotentia ratione inopie durat. Quod inde apertè constat, nõ enim dubitabit vxorẽ, & filios minimẽ teneri ad ea debita à viro inope cõtracta pro eorum alimentis, si facultates viri successu tẽporis ita augeantur, vt sit illa soluendo: at si ratione paupertatis obligatio illa profus extincta esset, facultatibus auctis minimẽ reuulseret. Obligatio enim semel extincta non reuulscit. l. cum ex causa. C. de remis. pign. Hoc præmissõ probatur sic nostra sententiã. Si Petrus quod suis satis faciat creditorib; magnũ æs alienũ constet, existimans fore, vt sit postea illud soluendo, quãuis contrariũ eueniat, nullus dicit creditores, quibus eo mutuo satisfactũ est, & in quorũ utilitate celsit, teneri posteriorib; creditoribus, qui mutuo illas pecunias dederunt Petro. Quia hi posteriores creditores nullũ cũ prioribus contractũ inire, & verè per mutuo transulere dominũ in Petrũ, & Petrus tãquam verus dñs potuit suis debitis ex eo mutuo satisfacere, quãuis ab illorum solutione ratione inopie excusaretur. Similiter ergo, quãuis maritus inops ratione impotentie eximatur, seu potius excusatur pro tũc ab onere alendi vxorem, & filios, nec teneatur, ære se alieno gra-

uare, quò huic obligationi respondeatur si verè se grauauit, & sic aluit, verã obligationẽ ratione impotentie suspensã admipleuit, nec dicitur pecunia illa cõuersa in utilitatẽ vxoris & filiorũ, ad quã pater verè non tenebatur: nec vxor, & filij verè dicentur effecti locupletiores, & ex causa lucratia recipientes, sed potius ex causa onerosã, cũ verè ipsis debitũ receperint: ac proinde illud mutuum minimẽ alitringitur soluere. Et cõfirmatur, quia licet vxor esset diues tempore mutui accepti à viro paupere, nõ tenebatur directè ad alimenta viri, & filiorũ, sed in subsidium, scilicet, viro nõ quarente aliunde pecunias, quibus necessaria suppediret: & cũ iã quæsierit, mutuo accipies, vxor ab eo onere releuata est, nec ipsi pecunia est mutuo data, nec suo nõmine recepta: non ergo illam soluere tenebitur. Secundo probatur ex l. nõ aduersus. §. C. si certũ petat. & l. eũ cui. l. 3. C. de action. & oblig. ibi: *Ei cui mutuo reddita pecunia, ad solutionẽ vtgere cõpetenti debens actione. Nã aduersus negotiatores, quos ex meritis pecunias abtulisse, tuo debitori proponis, nullã habes actionẽ.* Ex quibus textibus constat actionẽ hanc mutui repetendi, esse personalem, ac proinde cõtra solũ debitore cui datũ est, cõpetere: cum in illũ verè translatum sit dñum, ac in stat viri dñi potuerit de illo disponere. Tertio, quia vxor soluto matrimonio potest integrã dotẽ recuperare, licet vir prodigè expenderit ipsam, vltra debitũ alẽs: vt bene docent Nau. sum. Hispana. c. 28. addit. ad n. 13. c. 17. Latina. c. 17. n. 15. Manuel r. to. sum. 2. editione. c. 100. n. 7. nec audiendus est Barbofa, qui (vt n. præced. retuli) sentit teneri vxorem illa alimenta superflua ex suis bonis soluere: at vir minimẽ tenebatur illud superfluum expendere: ergo virum nõ teneri nõ transfunditur onus in vxorem, vt de suo soluat. Tandem, quia l. 60. Tauri, hodie lib. 5. Recop. tit. 9. l. 9. generaliter deciditur, mulierem lucris cõstante matrimonio acquiritis renuicentem, nõ teneri ad æs alienum cõtracte matrimonio à viro cõstatum. Et l. 61. Tau. hodie. l. 9. tit. 3. eod. lib. 5. bene ponderata fauet huic sententiã, nã in priori eius parte deciditur, vxorẽ pro viro spondentẽ nõ teneri, licet allegetur debitũ in vxoris utilitate cõuersum esse: si autẽ mutuo vtret; cõiux se obligarit, solam teneri, si in eius utilitatem celsit, vt quã cõsumptum sit in ijs, quã maritus prestare nõ tenebatur. Si ergo quando vxor se obligarit, non tenetur, licet debitũ verè in eius utilitatem celsit: pro ut intelligit eam. l. 61. Anton. Gomez ibi. n. 2. à fortiori nõ tenebitur, vbi nõ se obligauit.

Et cōfirmatur, quia in 2. p. illius. l. 61. Tauri, ubi decisum erat vxorē nō obligari, nisi mutuo cū marito se altrixerit, & tūc, solum si constet mutuū in ipsius vtilitatem cessisse: subditur: Pero si lo q se cōtrixer en proecho della, fue en las cosas q el marido le era obligado a dar, si como vestirla, darle de comer, y las otras cosas necesarias: mandamos, q por esto ella no sea obligada a cosa alguna. Tunc sic, aut hæc lex disponit dū vir est locuples, & hoc non, nil enim disponderet, cūm quicūq; fideiussor solum teneatur in subsidiū, vbi principalis debitor soluendo nō est: red vel maximē, q illa lex ius nouū continet: teste Ant. Gomez ibi. n. 2. Vel disponit vbi bona deficiūt viro ad soluendū, & tunc habetur intentū. Nec obstant argumenta cōtraria sententiæ propositæ. n. preced. Quia ex dictis constat, vxorē, & filios habere ex causa onerosa, & illud mutuū non verē dici conuersum in eorū vtilitatem. & l. 61. Tau. quā oppositi pro se adducūt, potius fauet huic sententiæ: vt proxime probaui. Et ideo hanc sententiā loquentes de filijs, tenentur Alciatus. l. si cū seruū. n. 27. ff. si cert. petatur. Decius ibi. n. 1. Additionator ad Decium, literā A. & loquens de vxore tenet idem sententio iure huius regni. l. 61. Tau. Gomez Arias. l. 59. Tau. n. 7. & loquens de vxore sustinet idem, Molina to. 2. de iust. disp. 435. §. tertiuū est: & in fortioribus terminis docet idem, Manuel. 1. to. sum. 2. editione. c. 100. n. 8. Et hanc sententiā credo esse verā, licet res empte pecunia illa mutuo accepta extent, adhuc enim vxor, & filij nō tenentur, quāuis maritus, aut pater soluēdo nō sit. Quia nulla est actio creditoribus aduersus res mutuū emptas, nec illa subiecta sūt hypothecæ pro mutuo, sed sola est actio

personalis aduersus mutuariū. Quare audiēdi minime sunt Ang. l. his solis. n. ff. de cō. dict. indeb. & Ioan. Lupus rubr. de donat. inter vir. & vxor. n. 66. vbi dicunt esse certum teneri, vbi res mutuo emptæ extarent: sed id non probant. Tandem in hoc euentu credo vxorem teneri de suo soluere, nempe, si iusta a viro tradere viri creditoribus centū, que ipsi ad hoc dedit, vxor expenderet in familiæ sustentatione, & vir non esset postea soluēdo. Quia causam dedit ne creditores debituū recuperarent. Ita docet Lud. Lopez. 1. p. in l. c. 161. §. qualis autem. vers. tandem dubitari potest. Ad ditq; id esse verū, quāuis pro gravi familiæ indigentia creditoribus nō indigentibus distulerit solutionem, vacauit enim culpa, at tenebitur de suo soluere. At hoc non credo, propter doctrinam Nau. sum. c. 17. nu. 268. quā amplectitur Molina contra alios, to. 2. de iust. disp. 350. §. de vxore eiusmodi, vbi docet vxorem non plus in summent de bonis per vsuram a viro acquisitis, in eiusq; dominiū translatis, quā sit sibi debitum ad congruam sustentationem iuxta personę qualitatem, ad nullam teneri restitutionem. Quia vir non minus debitor illi existit huius congruæ sustentationis, quā ceteris creditoribus. Sic ergo in præsentī casu, vir nō minus debebat vxori, & familiæ grauius indigētī, quām creditoribus, si ergo adhuc existente marito dño illorū nūmorū (nō enim transe dñium in creditores ante solutionem illis factam) alijs creditoribus postpositis viro eos expendat in familiæ, & sua sustentatione, cū grauius paterentur, nec vir subueniebat, de bitū sibi recuperauit, ac proinde nō tenebit de suo soluere, deficiētibus viri facultatibus.

DISPUTATIO QUINTA.

An ob dotem non solutam liceat viro negare alimēta, & cohabitationē vxori, ac proinde ipsam non traducere, ac iam traductam, domo expellere?

SVMMARIVM.

Nequit debitum coniugale negari vxori, ob dotem non solutam. num. 1.
 Essant negari alimenta vxori, dum promissa dos non soluitur. num. 2.
 Quid, sola dotis parte non soluta? num. 3.
 Quid, si dos nō ab ipsa vxore, sed ab alio promissa sit? num. 4.
 Quid, si nō soluitur, quia promittēs soluendo nō est? num. 5.
 Quid, si dote nō soluta, sit vxor in viro obsequio? An vir tunc alens possit alimenta reperere? n. 7.
 Quid, si vir in dotem vxorem ducat? nu. 8. Et quid, si vxor diues sit? num. 9.

Quid, si vxoris culpa dos pereat: vt quia ob eum hæresim publicatur? num. 10.
 An ob dotem non solutam possit vxor nō traduci, & expelli? refertur prima opinio. num. 11.
 Extenditur, vt possit expelli, licet dos promittatur ab alio. num. 12.
 Quid, si pars dotis non soluitur? num. 13.
 An post expulsiōem possit vir agere, vt sibi dos soluitur? num. 14.
 Quid, si nulla sit promissa dos, & vxor eum sit diues noli dotem consistueret? num. 15.
 Refertur opinio secūda n. 16. Et opinio aut horū, num. 17.
 Soluantur argumenta: & explicantur. cap. per

vest. de.

vestras, de donat. inter vir. & vxorem & l. finalis, C. ad Velleianum. num. 18.

An vxor possit ab habitatione expelli, quando coniuges impediti sunt ad petendū debitū? n. 19.

P Remittenda sunt conclusiones ab omnibus receptæ, & deinde proponitur, in quo versetur difficultas. Prima cōclusio. Vir minime potest debitū coniugale negare vxori, ob dotē nō solutā. Conceditur ab omnibus: & specialiter ita docent Ang. verb. dos. n. 9. vbi Sylu. q. 10. Arm. n. 10. Molina to. 2. iust. disp. 425. §. si maritus dos. Ema. Sa. sum. verb. dos. §. accepta sine dote. Et ratio est aperta. Quia obligatio reddēdi debitū, nō ex dotis traditione, sed ex ipso matrimonij cōtractu cōsurgit.

Secūda conclusio. Dote promissa non soluta, minime tenetur maritus vxori alimēta prestare. Cōclusionem hanc specialiter docet Glos. aurb. de nō eligendo secundū nubes. §. fin. verb. onera: quā omnes sequuntur: & ratio est, quoniam dos quāsi in pretium datur, vt ex eius fructibus maritus onera matrimonij sustineat, vxoremq; alit. pro oneribus. C. de iure dotiū. l. dotis fructus. ff. eodem. quare dotē minime soluta, non tenetur maritus stare cōtractū, eaq; onera sustinere. Intelligo autē, quando soluens est in mora, si enim tempus cōcessum a viro ad dotem soluendam, non dū accesserit, non potest ob solutionis defectum negare alimenta. Quia alter non est in mora, sibiq; imputare debet vir qui ea dilatione concessa se ad matrimonij onera subeunda intrinxit.

Non solū autē quādo tota dos non soluitur, vir non tenetur ad alimēta, sed etiā quādo pars dotis nō dū est soluta. Quia dū tota dos non soluitur, cōtractus fides sibi non seruatur, & ea de causa nec ipse seruare fidē tenet alimētādo vxorē. Sic Ioan. Lupus. c. per vestras, de don. inter vir. & vxor. not. 3. in princip. n. 2. vers. & hoc nō solum, & multi alij, quos refert, & sequitur Surd. de alimentis, tit. 7. q. 17. n. 3. Qui tū benē docet. n. 6. & 5. teneri tunc virū ad alimentorū partem prorsus. Cū enim eadē sit ratio partis quoad partem, quæ est totius quoad totum. l. quæ de tota. ff. de rei vindic. sicut tota dote recepta, tenetur ad integra alimenta, ita recepta parte, tenetur ad partem.

Præterea habet verū conclusio posita, siue dos promissa sit ab ipsa vxore, siue a patre ipsius, vel à quocumq; extraneo (dicitur autē in hæc extraneus, qui nō habet mulierem sub sua potestate, quicūq; ille sit. per. l. vnicā. §. accedit. vers. extraneū. C. de rei vxoria actione. Et notat Ioan. Lupus. c. per

vestras, de don. inter vir. & vxor. notab. 3. in princip. n. 2. vers. & per ista.) Quia militat eadē ratio, cūm enim nō dū solutū sit viro pretiū sustentationis, nō tenetur ad onus. Ita docet Bald. l. quod in vxorē. n. 2. C. de negot. gest. & ibi Paul. n. 4. Salicet. in fin. Ruin. cōf. 1. 44. n. 16. vol. 5. Ioan. Lupus eo. nu. 2. vers. & ita cōcludo, Pōtans de alimentis. c. 12. n. 7. habetur tom. 8. tractatū p. 1. Surd. de alimentis, tit. 7. q. 17. nu. 3. vbi alios refert.

Latū tū est discrimē, si dos promissa sit ab ipsa vxore, ipsiusve patre, aut ab extraneo. Si enim extraneus promiserit, & nō dū soluerit, indistinctē maritus non tenetur alere vxorē: si autē vxor ipsa, aut ipsius pater, quādo ratione impotentie nō soluit, non eximitur vir ab alimentandi onere, nisi dolose promississet dotē, quā nouerat se soluendo minime esse. Ratio est, quia vxor, eiusq; pater gaudent beneficio, vt cōueniri nequeat pro dote soluenda; vltra quā facere possint. (vt de vxore multis relatis probat Barbosa. l. maritū. 13. n. 57. & de patre. int. 67. & q. vterq; eo priuilegio careat, quādo dolose promisit. n. 7. ff. sol. matrim.) Ita multis relatis tradit Surdus de alimentis, tit. 7. q. 17. n. 27. 30. & 36. Quare minus cautē Enriquez lib. 11. de matrim. c. 18. n. 2. dicit non teneri virū ad vxoris alimenta, quādo foer nō vult, aut non potest dotem soluere.

Aliqui temperat predictā cōclusionē, nisi vxor dote nō soluta sit in viro obsequio: teneretur enim tūc illa alere: sicut famulū quē eūq; sibi ministrantē. Sic Abb. cōf. 85. n. 2. & 3. vol. 2. Anchar. c. per vestras, de don. inter vir. & vxor. n. 14. vbi Ioan. Lup. notab. 3. §. 1. n. 1. & alij, quos refert Surd. eo. tit. 7. q. 17. n. 38. Meritū tū ab illis discedit. n. 39. alios referens. Quia vxor tenetur & dotem, & obsequia prestare viro, quare alterū præstādo nō liberat, vt sic necessariū alenda sit. Præterea, quia authores omnes quos. n. 17. referā, censent dote non soluta vxorē alendā non esse, at minime expelli posse a consortio, & cohabitatione viri: ergo esse in consortio, & obsequio viri, nō cogit ipsi, illi alimenta prestare, dum promissa dos non soluitur.

Id tū fieri oportet cū Abbate, & Toā. Ludon. præced. allegatis, si vir alit vxorē nō dū soluta dote, nilq; protestetur, minime posse petere alimenta ab ipsa vxore, vel à dotis promissore, videtur enim affectu cōiugali facta donatio. Quod colligo ex l. si quis à liberis. §. si mater. ff. de liber. agnos. l. ibi: Nec impetrare debes ea, que exigente materno affectu in filiam tuam erogatura esset. iuncta glos. verb. materno, vbi dicitur procedere, licet non

modica

modica esset, nisi esset protestata.

8 Tertia cōclusio. Vir tenetur alere vxorē, quā absq; dōtis promissione duxit. Quia sibi imputare debet, q̄ nullā dotem exegerit, viderurq; ipsam vxoris personam pro dote accipere. Ita docent Innoc. c. per vestras, de dona. inter vir. & vxor. ad fin. & ibi Hosti. n. 6. Ioā. And. n. 8. Anto. n. 13. Abb. n. 4. Alex. de Neuo. n. 5. Præpos. n. 2. & 5. Ioā. Lup. ibi, notab. 3. in principio. n. 5. & l. 61. Tau. nu. 10. Alex. l. cū dotem. §. fin. autē. n. 8. ff. solut. matrim. Roman. cōf. 57. n. 2. Ang. verb. dos. n. 10. vbi Sylu. q. 10. Tabiena. q. 8. n. 9. Arm. n. 9. & 10. Ant. Gom. l. 33. Taur. n. 31. Bertachil. in rept. litera M. verb. marit. alere, in principio. Lara. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. n. 21. ff. de liber. agnos. Pet. Gregor. syntagm. iuris. lib. 9. c. 19. n. 4. Simācas de cathol. infl. tit. 1. 6. n. 19. Matienzo lib. 5. Recop. tit. 1. l. 3. glof. 2. n. 2. Barbo. a. 2. p. rubricæ. ff. soluto matr. n. 43. Sordus alios referēs, de alimētis, tit. 1. q. 32. n. 11. & tit. 7. q. 19. n. 1. Molina tom. 2. de iustit. disp. 425. pag. 1130. §. si marito dos: & neminem inuenit oppositū tuentem.

9 Aliqui cōsent hoc tenere verū, licet vxor diues sit. Quia sibi imputare maritus debet, nullū de dote cōstituenda pactū inisse, nec vxor diues tenetur tunc dotē cōstituere. Ut tenent aliqui, quos retuli lib. 1. disp. 60. n. 1. Quare perinde tenetur eā alere, ac si indotata duxisset. Et ita sentiunt Lara. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. n. 65. ff. de liber. agnos. Sord. de alimentis, tit. 7. q. 19. n. 1. & seqq. & tit. 1. q. 32. à n. 12. fateur tñ posse virum petere ab vxore illa, vt sibi dotem cōpetentem cōstituatur, q̄ si id renuat, negare alimenta: vn de cōcludit ea. q. 32. n. 15. aliud esse alere, & aliud dotē petere: si enim nolit alere, nec dotē petere, cogēt alere, in suaq; facultate erit dotē petere. Ceterum verius existimo non teneri virū ad hæc alimenta, dū vxor illa diues dotē cōstituere renuit. Ducor, quia dū mulier diues absq; dōtis promissione ducitur, viderur tacite adū de dote cōstituēda; vt probauit lib. 1. disp. 59. n. 4. & disp. 60. n. 2. Quare dū dos tacite promissa non soluitur, iustā causam vir habet denegandī alimenta. Atq; hæc partē quætur Bald. l. fin. n. 9. C. de sententia, quæ sine certa quāt. Iason. l. si donaturus. §. si quis indebita. n. 4. & seqq. ff. de cōdit. causa data. Ioā. Lup. c. per vestras, de don. inter vir. & vxor. notab. 3. §. 2. n. 1. & seqq. Gom. Arias. l. 27. Tau. n. 30. Quando autē nō ipsa mulier, sed eius pater diues esset, do tempq; cōstituere nollet, teneretur maritus, qui nil de dote pactus est, ipsam alere, liberūq; illi esset à patre dotē petere: vt bene do-

cet Molina num. præced. in fine relatus.

Dubitabis autē, quid dicendū sit, vbi vxor dotata duxta est, atq; eius delictū publicata dos est: vt ob hæresim, vel aliud crimē? Quid enim alenda esse à viro existimant, postquā ad eius consortiū cōiugale admissa est. Ducitur, quia in defectū dotis, & patrimoniij tenetur vir ex debito coniugali vxorem alere: vt tradit Abbas cōf. 85. nu. 4. vol. 2. & Ioā. Lupus. c. per vestras, de don. inter vir. & vxor. notab. 3. §. 1. n. 1. Præterea, quia tenetur alere vxorē indotatam. Atq; ita docent Ant. Gomez. l. 78. Tau. n. 6. Simancas de cathol. infl. tit. 16. n. 19. Sordus de alimēt. tit. 7. q. 21. nu. 6. & 7. Alij verō existimant nō teneri virū alere. Ita Rojas de hæresi. 2. p. n. 325. assertione 40. Ego autē, quando dos fortuito casu perijt, existimo indistinctē vxorē alenda esse à viro: propter rationē Iuriconsulti. l. si cum dotem. 23. §. si maritus. ff. solu. matrim. ibi, *Quid enim s̄ humanū est, quā fortuito casu mulieris, maritū, vel vxorē, viri participē esse?* At quando culpa vxoris publicata fuit, sic distinguem, si parentes in facultatibus sint, vt ipsam alere valeāt, tenetur quidē: virq; ab eo onere eximerur; si autem pauperes sint parentes, tenetur vir. Probat, quia vir ratione dotis soluta tenetur vxorem alere, & dū non soluitur, liber est ab ea obligatione, at quando culpa vxoris publicatur, perinde est, ac si soluta nō esset, si quidē vxoris culpa pretiū sustentationis auferatur. Nec est simile, vbi vir indotata vxorē duxit, sua enim sp̄te nullo recepto pretio se ad alimenta astrinxit. Quod autē tūc pater diues teneatur, probō, quia quāuis culpa mulieris deperditā sit dos, tenetur adhuc pater illam alere: vt multis citatis probat Molina de primog. lib. 2. c. 16. n. 24. & vbi parentes sūt pauperes, teneri virū ducor, quia in eius obsequio, & cōsortio cum sit, nec parētēs ei subuenire possint, amor cōiugalis, & hexus tā arctus petit, vt à viro alant, ne fame pereant. Insuper vtrāq; partē cōprobo, ex l. q. si nulla. 28. ff. de religiof. & sumpt. funerum: vbi dicitur, quod si vxor dote carentem, sumptibus partis sepeliēda esse, est pater soluedo non sit, nec sit aliquis vxoris hæres, expensis mariti: redditq; rationē Iuriconsulti his verbis, *Ne iniuria eius videatur vxorem eius in sepulchra relinqui.* Tandē, quia quando vxor patre caret, qui ei cōsulere possit, procedit ratio prioris sententiæ, vt in defectū dotis, & patrimoniij tenetur vir ex cōiugali viuiculi, & amoris debito, ipsi alimēta p̄tare. Quod verō vxor in carcerē perpetuū detrahatur, an sit à viro alenda: dixi disp. præced. nu. 23.

His

11 His præmissis, p̄ndus difficultatis in eo veritatur, An quando vir iuxta prædicta non tenetur vxorē alere ob dotē promissam non dū solutā, possit eā similiter non traducere, traducamq; domo expellere? Seu breuius. An sicut potest ea de causa negare illi alimēta, possit similiter cohabitationē negare? Triplicē inuenio sententiā. Prima affirmat licere viro nō traducere, traducamq; domo expellere. Ducitur primō, per textū in c. per vestras, de don. inter vir. & vxor. ibi, *Ne occasione dotis deventore vxor à viro dimissa, seu vir qui dimisit vxorem, adulterij reatū incurrat,* & l. finali. C. ad senatus consult. Velleianū, ibi, *Neq; enim ferendū est mulierem fieri indotatā, & sic à viro forsitan repelli.* Vbi Pontifex, & Iuriconsulti supponūt fas esse viro ob do tem non solutā, vxorē domo expellere: sed vel maximē, q̄ in casu. c. per vestras, ea de causa vxor expulsa fuerat, & tamē cōsultus Pōtifex nō iubet prius vxorē restitui, quā præsterit dos. Secundō, quia vir nō tenetur alimēta vxori præstare, dū minimē soluitur dos, inter quæ habitatio cōputatur. l. legatū. ff. de alimētis & cibariis. leg. 2. Tertio, quia vir sine dote nō astringitur maritoniij onera subire: ad id enim dos constituitur. L. pro oneribus. C. de iure dōtiū inter quæ illud videtur maximū, ferre leuitatem, loquacitatē, importunitatem, aliasq; mulierum molestias, quæ omnia cohabitatione negata vjtar. Tandem, quia deceptus, & non decipientibus iura omnia subueniunt: qua de causa cum vir deceptus sit in dotis promissæ solutione, merito, ac iure optimo illi potius, quā vxori subueniendum, vt possit hæc de causa simultaneā habitatiōē negare. Et ideo hæc sententiā defendunt (omitto glossam, Hosti. Ioan. Andream, Guidonem, male enim pro hac sententiā referuntur, quia de solis alimentis agunt.) Abbas cōf. 85. nu. 1. lib. 2. & c. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. nu. 4. vbi Anchar. num. 13. Præpos. num. 2. Alexan. de Neuo, num. 3. & 4. Ioan. Lupus ibi, notab. 3. in principio, nu. 2. vers. sed ego teneo, & in rubr. §. 64. nu. 16. Baldus cap. quemadmodum, num. 9. de iureiur. & l. quod in vxorem, numer. 2. capit. de negot. gest. & l. si donaturus, §. si quis indebitam. n. 1. ff. de conditione causa data, & l. de diuisione, hum. vnico. ff. solut. matrim. & l. finali. n. 9. C. de sententia, quæ sine certa quantitate, & l. finali. num. vnico. C. ad Velleianum, vbi & Barbatus

in addit. ad Baldum, verb. repellere. Salicetus. d. l. quod in vxorem, in fine. Paulus. l. infulam. §. vfrus. n. 2. ff. solut. matrimoni. & d. l. quod in vxorem, nu. 4. Alex. cōf. 56. nu. 1. vol. 4. Romanus. d. l. de diuisione, nu. 16. & cōf. 57. n. 2. vbi Mandosī, in addit. super verb. potest. Socin. reg. 258. Itam in principio. Ruinus cōf. 144. n. 1. & 16. vol. 5. Iason. §. fuerat. nu. 98. infl. de auctio. & d. l. si donaturus. §. si quis indebita. n. 2. & 3. Boer. decif. 22. num. 3. Neuzan. in Syl. nuptiali, lib. 1. §. 2. nu. 45. Montal. l. 1. verb. de rei. tit. 3. lib. 3. fori. Bald. nouellus limitans attentio iure canonico, vt id fiat præcedētī iudicio Ecclesiæ, & nō propria authoritate, de dote. p. 6. priuilegio. 43. n. 3. Ang. in sum. verb. dos. n. 9. vbi Tabien. q. 8. n. 9. Armill. n. 10. Nata cōf. 15. n. 9. lib. 1. Ferret. cōf. 34. n. 12. lib. 1. Francif. Marci. decif. 732. nu. 4. in 2. p. Gom. Arias. l. 27. Taur. n. 129. Ant. Gom. l. 33. Taur. n. 31. Pontan. de alim. c. 14. n. 7. habetur tom. 8. tradat. par. 1. Lacer. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. n. 53. ff. de liberis agnos. Rojas epitome success. c. 33. n. 31. Gutier. allega. 11. n. 16. Petr. Gregor. syntag. iuris, lib. 9. c. 19. nu. 5. Brūnor. in suo cōpendio, litera M. verb. maritus, vers. mantus potest repellere. Emma. Sa in sum. verb. dos. §. accepta sine dote, limitans quoad expulsiōnem, vbi iam femel est traducta vxor, nisi ipsa culpa non solutionis dotis vacet.

12 Extendunt primō aliqui Doctores hæc sententiā, vt vera sit, quāuis dos promittatur, non ab ipsa vxore, sed ab extraneo. Ita Ruinus cōf. 144. n. 16. volum. 5. Salicetus. d. l. quod in vxorē, in fin. vbi Paul. nu. 4. Ioan. Lupus. d. c. per vestras, notab. 3. in principio. nu. 2. vers. & ita concludo. Et quando frater vxoris promittit, docent idem Baldus. d. l. quod in vxorem, num. 2. Pontanus de alimentis. c. 14. n. 7. Alex. de Neuo. & c. per vestras. n. 5. addens nō esse idem dicendū, si ab alio non ita coniuncto dos promissa sit, & Abb. ibi. n. 15. nō admittit, quādo extraneo promittit, nisi vir pau per sit. Sed retēta hæc prima sententiā, veri est posse expelli, licet dos promissa sit ab extraneo. Quia expulsiō hæc non est propter vxoris culpā, sed quia vir nō tenetur dote nō soluta vxorē alere. Quod verum est ea ab extraneo promissa: vt diximus. nu. 4. At si promissa sit ab vxore, vel patre eius, absq; dolo, & nō sit soluedo, quia facultatibus lapsi sunt; non poterit vxor etiam iuxta hæc sententiā repel-

A a a

li-

lire. Quia nec alimenta potest tunc denegare (vt diximus num. 5.) maritus hac de causa.

13 Secundo retenta hac sententia, similiter dicendum est posse vxorem expelli, si dotis pars soluta non sit. Quia licet tunc teneatur ad alimentorum partem (vt probauimus. nu. 5.) at quoad expulsionem non militat eadem ratio. Quia obligatio ad eam est diuidua, cohabitandi vetu' indiuidua. Præterea, quia conductor potest expelli parte pætionis nõ soluta. Ita docent Ioan. Lupus. d. c. per vestras, notab. 3. in principio. n. 2. vers. & hoc non solū. Gomez Arias. l. 7. Taur. n. 129. Lara. d. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. nu. 54. Surdus de alimentis. tit. 7. q. 17. n. 23. & sequentibus.

14 Quamuis autem, vir ob dotem non solutam, vxorem expulerit, potest agere vt dos promissa, sibi soluarur. Quia dotē soluta paratus est ad vxoris in suū confortiū restitutionem. Sic Host. d. c. per vestras. n. 4. super vers. reciperet, & ibi Ioan. Andr. num. 1. o. Anton. nu. 7. Abb. num. 4. Alex. de Neuo num. 3. Præpos. num. 2. Ioan. Lupus ibi, in principio. num. 2. vers. ampliari possunt. Nec audien. dos est Ant. bar. ibi. n. 4. oppositum docens.

15 Si autē dos promissa minime sit, vxorē ob id non posse expelli, sicut nec eī negari possunt alimenta (iuxta dicta, num. 8.) rectē docent Raimus consl. 144. num. 16. vol. 5. Bannetus alios referens in suo cōpendio, liera. M. verb. maritus, vers. maritus alere cogitur. Quod si vxor sit diues, nolitq. dotem cōstituerē: doctores, quos retuli. n. 9. asserentes non posse vici ei negare alimēta, subinde dicent nec posse eā expellere. At Bald. Iason. Ioan. Lupus, Gomez Arias ibi citati, dicunt posse expelli, sicut & negare alimenta. Quod & retenta hac sententia verius est.

16 Secūda sententia distinguit, si vxor nõ sit traducta, dicit posse nõ traduci dotē nõ soluta: si verò traducta sit, negat posse expelli propria autoritate. Priorē partē probat argumētis primæ sententiæ: posteriore verò, per e. porro, de diuor. decidēs vxorē ad alterā propria autoritate dimitti non posse. Hæc tuer Bar. l. 1. p. 3. n. 55. ff. solut. matr. & refert pro se Syl. verb. dos. q. 10. n. 11. vbi (ni fallor) potius tenet primā sententiam. Quia ea relata, dicit, intellige quoad traductiōē, & alimēta præstanda: & paulò inferius, secus quoad debitū coniugale reddendū: vnde credo tantū voluisse,

non ob id licitū esse debiti coniugalis denegationē, & e. tunc excusetur vir à traductiōe, subiciens de expulsionē, docet Enriquez lio. 1. de matrim. c. 16. n. 3. fin. & c. 18. n. 2.

17 Tertia sententia (cui adhæreo, tanquā probabiliori) ait vxorem minime expelli posse ob dotem non solutam: & quamuis doctores, qui illam tuentur, non meminerint traductiōis, at rationes, quibus inueniuntur, æquæ probant teneri tunc virum ad illius traductiōem, ac ad iam traductiæ retentionem, probant enim adhuc illū teneri ei cohabitare: quod absq. traductiōe in viri domum, & in earetione fieri nõquit. Probatur ergo hæc sententia. Primò, quia promissam dotē minime solui, nihil ad ius cohabitandi attinet, quod nõ ex dotis solutiōe oritur, sed ab ipsa lege naturali, & ex ipso matrimonij cōtractu, sicut & obligatio reddendi debitū coniugale (vt probauit disp. præcedenti. n. 2. & 3.) ergo sicut nõ solutio dotis minime eximit virū ab obligatione reddendi debitū, ita nõ eximit ab obligatione cohabitatiōis. Secūdo, quia Christus sepator noster prohibuit Matth. 5. vxorē dimitti, excēpta fornicatiōis causa: nec hæc inter causas diuorij numeratur. c. porro, de diuor. Tertio, quia finis cohabitatiōis præcipuè nõ est, vt vxor à viro alatur, ad quod dos cōstituitur, sed vt mutua sibi obsequia præstet ad prolis generationē, & cōmodam eius educationē: qui cū dotē nõ soluta, minime cesset, subinde nõ cessabit obligatio cohabitatiōis. Quarto, quia in ceteris cōtractibus nominatis agere tantū possunt cōtrahentes, vt altera pars impleat, nõ tamē ob id resiliat: vt si vèdidi domū pecunia eredita, alterū non soluentem termino præfixo cōuenire possim, nõ tamē à vèditiōe recedere: similiter ergo vir, cui promissa dos negatur, poterit aduersus promissorē agere, vt seruet fidē, nõ tamē ei licebit pactū cohabitandi ex natura matrimonij ortū infringere. Tandē, quia nõ de sunt marito alia dotis cōsequendā remedia. Ideò hæc sententiā defendit Carol. addit. ad Alex. c. 66. n. 10. super verb. expellere, lib. 4. V. cil. in addit. ad Affl. d. decis. 284. n. 4. Couat. d. de re. 2. p. c. 17. in principio. n. 2. Bæz. de nõ melio. filii. causa dotis c. 3. n. 21. Ota. decis. Pede. 132. n. 18. Anto. Cucus. lib. 5. instit. maior. tit. 1. n. 127. Matton. lib. 5. recop. tit. 1. rubr. glo. n. 91. Surdus de alim. tit. 7. q. 17. n. 21. (licet enim

neutram partem definiat, at dicit hanc magis iuri canonico, & salutari animæ, cui cōsultandum est, cōuenire: atq. ideò hæc sententiā approbare videtur) eandē tenet Ludouicus Lopez. 2. p. inst. de mati. c. 44. ad fin. Molin. tom. 2. de iust. disp. 425. §. 6. marito dos: qui oppositam sententiam vult conciliare, & dicit tantū velle authores illos, vt possit vxor expelli quoad alimenta ei ministranda, non autem quoad cohabitatiōem, sed vtrunq. affirmant, & dicunt dotē non soluta non teneri virum ad alimenta, posseq. expellere deo vxorē. Quare hæc concordia non placet. Ex dictis inferitur, nec iudicis autoritate posse vxorem ob hanc causam expelli: vt bene docet Couar. eo. n. 2. Quia non est sufficiens expulsiōis causa.

18 Ad argumētā primæ sententiæ proposita. num. 11. respondetur. Ad primū dicit Pontificem eo. c. per vestras, non definire id licitum esse, sed supposita expulsionē, siue iniusta, respondeat ad principale quæsitum de dotis captiōe, præstada licet, nec ne. Et iuriscoñsultus ea. l. fin. non definit id licere, sed quasi per trāsnā dicit id forsan contingere posse. Ad secundū dicit concludere non teneri virum pro vxore illa conducere ampliorē domum, & suo flatu cōuenientem, sicut nec ad alimenta astringitur: at tenetur in eadem domo, quam ipse inhabitat, qualiscunq. illa sit, secum eam sociam habere. Ad tertium dicit non esse ea onera, ad quæ subiectum dos constituitur, sed tale esse onus a-

lendi, ad ea autē onera obligatur ex vi contractus coniugalis, quo vxorem indiuiduā vitam sociam sibi coniunxit. Ad quartum dicit iam iura subuenire viro decepto in eo, in quo dolum passus est, quare cum ab alendi onere eximunt: minime tamen subuenire circa cohabitatiōem. Quia non potest dari à dotis solutiōe, in qua dolum versatur.

19 Tandem dubitabis, An cum cōiuges ad debitū exactionem impediti sunt, vt ratio ne voti, aut affinitatis, vel cognationis cōtracta, liceat viro vxorem à cura sua, & domo expellere? dic breuiter, non licere. Quia Christus Matth. 5. sola fornicatiōis causa vxorem dimitti permisit: quod non potest intelligi quoad debitum coniugale: cum multi alij sine casibus sed quoad cohabitatiōem. Ita Glof. c. nolle, verb. non fraudetur. 30. q. 1. Abbas. c. si vir, sine, de cognat. spirit. & ibi Alex. de Neuo. n. 8. & melius. c. 2. n. 2. de coniug. leprof. Supplementum Gabrielis. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. conclus. 4. Brunellus de Sponsalibus, conclus. 20. nu. 13. Quando autem ita impediti essent, vt non tantum petere, sed neutri etiam liceret petenti reddere, exilissimo teneri eos thorum separare, gratia vitandi periculi, at ab habitatiōe non posse adhuc vxorem expelli: propter rationem dictam. Quare bene Turri. c. quod deo. 33. q. 3. n. 2. dicit ob votum continentie mutuo consensu emissum eximi coniuges à redditiōe debiti, non tamen ab alijs obligationibus, & sic teneri cohabitare.

DISPUTATIO SEXTA.

An quoties peccat coniux debitum exigens, peccat similiter illud reddens, vel saltem iure possit debitum negare.

SUMMARIVM.
Referitur opinio asserens peccante exigente peccare reddentem. n. 1.
Alia opinio tradens regulam ad dignoscendū, quando illo peccante, hic non peccet: reprobat. n. 2.
Referitur alia sententia dicens prudentis arbitrio id librandum esse. n. 3.
Quoties mortalis est petitiō, peccat reddens: & si vir petat affectu fornicario, aut credēs esse impedimētum irritans matrimonium, vxor de eius valore certa tenetur reddere. n. 4.

An teneatur tunc præcepto correctionis fraterna coniux exactus auertere exigentem? nu. 5.
Quando petitiō est venialis, non peccat reddens. n. 6.
Vbi petitiō est mortalis ob circumstantiam solius petentis, vt quia mala fide petir, aut est voto castitatis adiutus, non peccat reddens, sed ad id tenetur, n. 7.
& ibi remissus, quando vterque veniat, aut alter de alterius licentia.
Si ob vitium personale amittat coniux ius exigendi, vt ob adulterium, affinitatem, au-